

1790.

1. Welch, Georgius Fridericus: De negotiis et actionibus vi
mclusive extorsis . . . partim ipso jure multis
partim a procuratore resolvendis.
2. Welchus, Carol. Frid., Ord. iur. ex decanis : De usu ac
praestantia reformationis Franconopatensis in jure Ger-
manico. Disputation, qua . . . de. Conrad. Lucii
disputationem in ang. indicit.
3. Welchus, Carolus Fridericus: De jure prorata
in fraudem aliorum extortorum impetrato.
4. Welchus, Carol. Frid., Ord. iur. ex decanis: De usu ac praes-
tantia reformationis Franconopatensis in jure Ger-
manico. Disputation, qua Dr. Wolfgang Tiefenb. Dijpa-
lacionem in ang . . . indicit.
5. Welchus, Carolus Fridericus: De juriate specificatione
loco inventarii exhibiti.
6. Welchus, Carol. Frider., Ord. iur. ex decanis: Problemata
Inventarii in l. art. C. de usur. et fract. leg. seu
fiduci.

1792

1. Schellwig, Iur. Christiani End. ac: Programma: 3. Ausleens
a civitatum imperii subditis criminis perduellioneis con-
mitti posse? 2. dissertatione in quo Christophori Friderici
Sebastiani et R. Karst premissum.
2. Walchias, Carolus Fridericus: De origine et causa
pecuniae executionis, Germanice Haupfeld, ut
et de eo, quod ex ea itam festum est
in
3. Krebschmann, Theater: In renunciatione simpli-
citer facta bis auf den ledigen Aufgal, si patres,
qui pacifici tempore existebant, nullis masculis
sed tantum filiabus velatis decressint, filiae
haec, amissae renuncianti i' portione, quam
fratribus cernit, inperimento esse possint?

1794.

1. Curtius, Carolus Georgius: De rei vindicatione juv
tubicensi archis et modum luctibus circumscripta

1794

2. Eckarts, Dr. Lectorius, ab, b. d. iur. Decanus: Ne in Dale
emendee Lexicae only Sedentibus ejusque cum
achore l. Aquitiae conuenit. similem ad solennia
mag. Carl. Georgii Curtis instat.

3. Gruner, Christ. Fuchs: Ne jejunio vero et frido
1. Witel, Petrus Maelius: De laetione enormi in
negotio mercatoris Hamburgiensem et elect. Plan.
long p. II lib. 8. art. 19.

1795

1. Kipp, James Henr. : De ratione intermissione
et unorum secundum statuta Lubecensium rite
liberorum consensu invalida.

2. Walchius, Carolus Historicus, b. d. iur. Decanus: Ne juri-
bus creditorum inscriptorum Megapolitanis part. pos-
terior, qua Dr. Henrici Kipp . . . impetrabatur
mag. . . indicat.

1796.

1. Reichart, Th. Augustus, Ord. pas. decanus: De cane maleficiorum indagatore simulque solennis in aug. anniversarii Marci Lintheimer indicat.

2. Walchius, Carolus Fridericus: De testamentis Francopis. Hoc decessum coram tribus Senatoribus vel coram viris consistoriis. Accedit: Reichart. Th. Augustus: De cane maleficiorum indagatore

1797.

1. Eckart, Th. Ludovicus, de, Fr. pas. decanus: De X diebus Calendario Juliano subtractis etiam juri pes 1800 condicis subtractis simulque ad mortationem Brug Friz his in aug. Caroli Gustaviani Walchii mortat

2. Reinkeken, Christianus Fridericus: De iure condicium fulminis.

3. Walchius, Carol. Fridericus: De stipulatione danni infecti aediam nomine interposta ab 1.24 & 12 de dannis infectis part. I, qua dip. in aug. Christianus Friderici Reinkeken . . . indicat.

1797.

1799.

Wach, Carolus Guntelius: *De prescriptione servitium
constitutum.*

1799.

Hugliegaestet, Carolus: *De facultate recedendo
a licito infra certacionis terminum, ab iurisconsula-
tore praeditio, causa exortam, iuratois iuragan-
da.*

Wenker, Christianus Ludovicus: *De usurpatione
ad hanc bellum modicam lantum obligata*

1800

Breyer, Carol. Will. Trist: *De justitia Aragonum;
Fragmenta, complectens sacramentum Breyer's magistratus
historiam ab a. 1378 usque ad a. 1479.*

1911
1911
1911

1911
1911
1911

1911
1911
1911

1911
1911
1911

1911
1911
1911

1911
1911
1911

PARTIM A P.

CAROLI

DUKE SAXONIA WILHELM

CHARLES

DIE ZEIT

FORGHS



1292,1
483a
7

PROGRAMMA
AD
SOLENNIA IN AVGVRALIA
GENEROSISSIMI AC DOCTISSIMI
CANDIDATI
CHRISTOPHORI FRIDERICI SEBASTIA-
NI AB ECKARDT

Q V O

QVATENVS A CIVITATVM IMPERII SVBDITIS
CRIMEN PERDVELLIONIS COMMITTI
POSSIT?

BREVITER EXPOSIT

IVST. CHRISTIAN. LVD.
DE SCHELLWITZ, D.

ORDINIS IURISCONSULTORVM H. T. PRO-
DECANVS.

IENAE EX OFFICINA STRANCKMANNIANA.

ЛИКАНОЯ

СИНЕГОДИА СОБЫТИЯ
СИНЕГОДИА СОБЫТИЯ

СИНЕГОДИА СОБЫТИЯ
СИНЕГОДИА СОБЫТИЯ

СИНЕГОДИА СОБЫТИЯ
СИНЕГОДИА СОБЫТИЯ

СИНЕГОДИА СОБЫТИЯ

§. I.

Prooemium.

In imperio R. G. crimen perduellionis ab omnibus in Imperatorem, Regem Romanorum et Electores patrari potest. Omnes enim in Germania viuentes, prout neminem fugit, Caesareae Maiestati et imperio subsunt, quamvis plerique simul in speciali quadam republica sint subditi. Qui praeter regentem Imperatorem interdum eum in finem, vt, illo quocunque modo regnare cessante, imperio praesit, eligitur, non est princeps haereditarius, sed actuale et coronatum I. R. G. caput, a) atque potestatem ciuilem habet, licet eam tunc, si futurae tantum successionis gratia eligitur, sine Caesareae Maiestatis consensu non exerceat b). Quod in Electores hoc delictum a quibuscumque committi queat, ex A. B. (c) derivandum est, per quam id, quod ARCADIVS et HONORIVS d) de principibus suis senatorialibus et officialibus aulicis constituerunt, ad Electores applicatura est e). Ceterum Icti regulam, quod contra reliquos imperii ordines idem delictum tantum ab ipsorum imperio subiectis patrari possit, conficiunt, et nonnulli illud crimen laesae superioritatis territorialis aut aliter nominant f). Quae regula quomodo de ciuitatum imperii subditis g) intelligenda sit? subdifficilis quaestio est. Quam ob rem iam breuiter inquiram, quatenus a ciuitatum imperii subditis perduellio, et, quod nonnulli crimen laesae superioritatis territorialis vocant, committi possit?

A a

a) Ita

- a) Ita Rex Rom. vocatur in R. I. d. a. 1553. §. 66.
- b) Optime hoc axposuit DAN., NETTELBLADT Erörterung. einiger einzeln. Lehren des T. Staatsr. 5. Abh. §. 5. pag. 97. Jq. §. 7. pag. 106. Jq. 4 Abh. §. 2. pag. 55. Jq.
- c) cap. 24.
- d) in L. 5. Cod. ad leg. Iul. Mai.
- e) IO. DAN. v. OLENSCHLAEGER. Neue Erläuter. der Guld. Bulle K. Carls IV. §. 87. pag. 336. Jq.
- f) perill. IO. CHRISTOPH KOCH insit. iur. crim. §. 567. IO. CHRISTIAN. QUISTORP Grundzätze des T. peinl. R. 5. B. 1. Abschn. §. 119. not. c) pag. 167. edit. 1.
- g) Breuitatis gratia hac generali denominatione utor. Refero huc autem 1) cives (Bürger) 2) incolas (Bey/assen) et 3) illos, qui in unius alteriusve urbis imperii ditione habitant, et vniuersae ciuitatis, quae ditionem illam possidet, in regula subiecti sunt. IO. IAC. MOSER von der Reichs-Städtisch. Regiments-Versaff. 1. B. 5. Cap. §. 3. pag. 123. Jq.

§. II.

Vrbium imperialium subditi crimen perduellionis aduersus Cap. Majest. committunt.

Ciuitatum imperii subditi, qui tale quid, quod ad crimen laesae Majestatis referri potest, faciunt, delictum illud regulariter contra Augustissimum admittunt. Est enim Imperator istiusmodi hominum Dominus et illi, acque ac Electorum, Principum aliorumque imperii statuum potestati subjecti, eiusdem subditi sunt, ita tamen, ut qua tales non, sicut hi, alium simul regentem agnoscent, dum urbes imperii praeter Augustissimum alium superiorem non habent, sed sicut respublike reguntur h). In praxi etiam Imperator senatus ac ciuium natürlicher und rechter Herr vocatur, atque magistratus et ciues getreue und gehorsame Vnterthanen I. K. Maj. nominantur i).

h) IO. IAC. MOSER Einleit. zu dem Reichs-Hofr. Proc. 3. Th. 1. Cap. §. 88. pag. 120.

i) Vide

i) Vide v. c. formulam homagii a magist. Ratisb. die 21 Jul. 1718.
praefiti in ANT. FAB. Europ. Staats-Canzl. Tom. 32, pag. 567.
et simil. formul. pro ciaibus Ratisb. ibid, pag. 575 sq.

§. III.

Exemplum adducitur.

Anno 1635 Fiscalis Caesareus aulicus ab IMMENDORF senatus imperiali aulico, quod MICH. CRONENBURG, qui Coloniae ad Rhenum Syndici et Consulis munere antea functus erat, cum adhaerentibus ciuitatem istam Regi Galliae prodere studiisset, et a turpissimo hoc proposito nondum declinasset, eo fine, ut saluus conductus et protectorum denegaretur, aut, si tale quid iam effet decretum, expeditio prohibetur nec non per magistratum Colonensem fuga et facultatum exportatio impediretur, decenter exposuit, addita ratione, quod criminis perduellionis contra Caesarem Majestatem reus esset, ideoque ipsius petitus non habebat locum k). Plura de hoc casu in actorum publicorum collectionibus inuenire non potui.

k) Desumpta haec sunt ex concluso consilii imperialis aulici d. 6. Jul. 1635 quod Io. IAC. MOSER. collectioni sub titulo: *Reichsflätfisch. Magazin* editae 1. Th. 4. St. pag. 319 sq. inferuit.

§. IV.

*An contra totam imperii urbem crimen laesae superioritatis territ.
patrari possit?*

Si ciuitatis imperialis subditi aliquid, quod ad crimen laesae superioritatis territorialis qualificatum est, vnicce aduerfus univerfam fuanm ciuitatem faciunt, aut machinantur, queffio, an huic delicto istud nomen tribuendum sit? oritur. Qui affirmant, certe non sunt reprehendendi, quia universae cuiilibet imperii urbi l) hoc est senatus et ciuium corpori, m) sublimia territorii iura negari nequeunt, n) atque singuli ciues et incolae totius suae

civitatis subditi sunt, sicut ii, qui in rebus publicis independentibus, quae pariter ab integro quodam procerum collegio ad exercitium potestatis ciuilis constituto reguntur, viuunt.

i) Hoc in I. P. O. art. V. §. 29. et arr. VIII. §. 4. disertis verbis dilpositum est. Inde in conclus. confil. imp. aulic. d. d. 3. Oct. 1739. sequentia legitimus: — verwiesen wird, daß er (Stadtmagistrat) die der ganzen Stadt F. ex instrumento P. W. unfreiwillig zukommende superioritatem territor. priuatiue auf sich allein zu haben — will. — Hoc conclusum deductioni, quae sub titulo: *Vollständiger status causae in Sachen der Schwarz- und Schönserber zu Frankfurt a. M. contra Levin Wegener, und den Schöffenrath dafelbst a. 1766.* prodiit, iub num. II. adjectum est.

m) Quod magistratus et ciuium corpus coniunctim ciuitatem imperii constituant, omnes imperii vrbes euangelicae in litteris ad amborum superiorum collegiorum membra eiusdem religionis a 1576. exaratis agnouerunt. 10. Iac. MOSER. von den T.R. Staenden lib. 2. cap. 5. §. 192. pag. 1209. Caeterum eorum, qui in ditionibus, quas nonnullae imperii vrbes possident, habitant, ob supra in not. g) ad §. I. tradita nullam hoc loco mentionem feci,

n) De nomine superioritatis territorialis imperii ciuitatibus competenter germanico multum disputatum est, dum nonnulli illam Oberlandesherrlichkeit nominarunt, alii autem, etiam vocem: *Landes-Fürstlich. Hoheit.* non incongrue adhiberi, strenue assertuerunt. Prior fecit LANGENBECK, cea patet ex iis, qua IO. GODORF. de MEIERN in act. pac. Wespahl. Tom. IV. pag. 59. in f. attulit. Posterior probare studuit CHRIST. WILDVOGEL. in disert. de Superioritate, terr. cit. imperial. §. 33. Meam hanc controversiam non facio, quia, prout IO. FRID. PEFFINGER. corp. iur. publ. Tom. III. lib. 3. tit. 15. §. 13. not. c) sub num. 6. pag. 1140 edit. noviss. bene obseruauit, nominum variatio naturam ynius eiusdemque rei non adulterat.

§. V.

A ciuitatis imperii subditis contra suum magistratum crimen laesae sup. territ. non committitur.

Veritas huius asserti ex eo patet, quod senatus in vrbibus imperii sublimia territorii iura, quae universae ciuibet ciuitati negari

negari nequeunt; (§. praece.) modo tanquam administratores o), secundum cuiuslibet urbis leges fundamentales scriptas et non scriptas, p) exerceant, et ideo sint tantum *Obere, Obrigkeit* q) et caput, r) atque cives modo *Vntergebene* s) ad honorem, reverentiam, obedientiam et fidem obligati, t) quorum omnium praestatio illis a supremis imperii tribunalibus, quoties utile aut necessarium videtur, serio iniungitur.

o) Senatus imperialis aulicus ciuitatum imperii magistratibus hoc saepius ob oculos posuit. Breuitatis gratia ex resolut. Caef. d. II. Oct. 1746, quae in der vollständig. Summlung von actis public. unter K. Frau. Tom. IV. pag. 94, sq. et in select. iur. publ. nouiss. Tom. 13. pag. 2. sq. extat, sequentia tantum apponam — er (Stadtmagistrat) in der That nichts anders ist, als ein collegium solcher Männer, die auctoritate Caef. von der Bürgerschaft erweckt worden, nicht iure proprio zu regieren, sondern als bestellte administratores dem gemeinen Wesen vorzustehen. — Alia summi huius imperii tribunalis conclusi eiusdem fere tenoris in deductione in not. l) allegata inter adjuncta sub num. 10. et 11. inueniuntur, quorum praecipua huc spectantia verba dedit (Vir perill. CHRIST. IAC. de ZWIERLEIN) in den vermischt. Briefen und Abh. über die Verbeffter. des Iusitizwes. am Cammerger. pag. 155. Idem statuit KREITTMAYR. Grundr. des allgem. vnd T. Staatsr. pag. 109.

p) I. P. O. art. V. §. 29. Per verba: in iis ciuitatibus, in quibus præter A. C. exercitium nullum aliud a magistratu et ciuiis iuxta modum et statuta cuiusque loci a. 1624. introductum fuit: in ciuitatibus imperii ab antiquis inde temporibus agitata controversia, an iuris reformandi exercitium senatus, aut ciuium corpori, aut utriusque coniunctim competit? ita decisæ est, quod istud illi parti, cui secundum ciuisunque verbis constitutionem debetur, relinquendum sit. Conf. IO. GOD. de MEIERN loc. all. pag. 58. IO. IAC. MOSER. von der R. Stätt. Regim. Verf. 2. B. 2. Cap. §. 7. pag. 518. Quae dispositio ad aliorum iurium territorialium exercitium non immixtio extenditur, quia aequitati et naturae rei consentanea est. IO. IAC. MOSER. von den T. R. Ständen loc. pag. 1210. In praxi etiam ciues in regimine concurrunt, quoties leges fundamentales scriptae et non scriptae hoc exiguunt.

q) Sic v. c. in concluso confilii imp. aulic. de 4. Febr. 1647 in IO. IAC. MOSER. Reichsflütt. Magaz. pag. 568, sq. obuio magistratum Cam-

Campidon. vocatur die durch ordentliche Wahl erkiesle vud vorgesetzte Obrigkeit.

r) Civitates imperii evangelicae in litteris supra in not. m) allagatis senatum caput, et civas omnes corpus nominarunt, et quidem recte.

s) Probatur hoc ex resolut. Caes. supra in not. o) citata, in qua, quod ciues magistratus sui subditi non sint, disertis verbis senatus imp. aulicus declaravit. Consentit lo. IAC. MOSER. von der Reichsstätt. Reg. Verf. I. B. 4. Cap. §. 9. pag. 97.

t) Vide v. c. conclusa confilii imp. aulici, quae collegit lo. IAC. MOSER. loc. all. pag. 444. tq. R. St. Magaz. pag. 286. et 533, in f. et Abhandl. verschied. Rechts-Materien 16 St. pag. 833.

§. VI.

Praxis.

Quod civitatis imperii subditus facta, quae ad crimen perduellionis aut laesae superioritatis territ, referri possent, commisit, et ideo punitus sit, mihi ignotum est. Nam, quae in hiusmodi vrribus laud raro ortae sunt seditiones, quantum ego quidem scio, vnicce contra magistratum concitatiae sunt, ac praeципue sceleris autores et architecti poenam, quae hiusmodi hominibus dictari solet, subierunt,

Iam solemnia inauguraalia GENEROSISSIMI atque Doctissimi CANDIDATI indicenda sunt. Illustri Ordini hanc studiorum rationem proposuit.

Ego, CHRISTOPHORVS FRIDERICVS SEBASTIANVS AB ECKARDT, natus sum Coburgi anno huius Seculi sexagesimo quinto, die vigesimo tertio mensis Octobris. Patrem veneror IOANNEM LUDOVICVM AB ECKARDT, Serenissimo Duci Vinariensi et Isenaciensi a consiliis aulae secretioribus, Professorem iuris Canonici, curiae provincialis Serenissimorum Ducum Saxoniae, lineae Ernestinae Professor, Facultatis iuridicæ et Scabinorum collegii Ordinarium, quo

quo per susum numinis gratiam adhuc frui mihi licet, matrem vero ANNAM WILHELMINAM, e gente PERTSCHIANA, iam mihi infantis mors praematura eripuit. Domesticis a prima inventate usus praceptoribus, pubes Gymnasium illustre, quod Vinariae floret, frequentavi. Sufficiat hic esse praceptoribus adducere viros non incelebres, b. HEINZIVM et b. MUSEVM, quibus in humioribus et doctrinis sic dictis instrumentalibus plurimum debo. Absoluto scholasticae vitae curriculo, celeberrimam hanc musarum sedem anno octuagessimo quarto petii, et a b. IO. BASIL. WIEDEBURGIO tunc tempore fasces academicos tenente, in numerum ciuium academicorum receptus sum. Quo facto in philosophia vittissima institutione III. ULRICHII usus sum; Matheisin me solide docuit III. SVCCOV; III. HEINRICH et quem adhuc Iena luget beatus MILLERVS in historia tam universali quam patria, ut et rerump. notitia sincere me instruxerunt; deinde sic praeparatus ducit virorum Perillustrium et Excellentissimorum, PATRIS pie colendi, WALCHII, SCHMIDII, DE SCHELLWITZ, REICHARDI, SCHNAUBERTI ET EMMINGHVSII principia iuris ciuilis, feudalir, canonici, criminalis, Germanici tam privati quam publici nec non praeceos tam iudicialis, quam extraiudicalis, didici, nec non Perill. GRVNERI praelectionibus in medicinam legalem non sine fructu interfui. Quibus de me optime meritis praceptoribus Fautoribusque pie semper colendis data hac occasione gratias publice ago habeoque quas possum maximas. Sit absoluto studiorum academicorum curriculo ab Ill. ICtorum Ordine, ut Doctoris iuris honorem, si me illo non indignum haberet, mihi conferret, decenter petii atque ad examina solita benevolē admissus, facultatem cathedram ascendendi, quandoque mihi quidem e re videretur, feliciter obtinui.

In vtroque examine eam exhibuit legitimas scientiae praestantiam, vt illustris Ordo illum doctoris dignitate dignissimum conferet. Quam, ut ex maiorum voluntate et statuto consequatur, cras dissertationem suam inaugurelam de origine et causa pecuniae executionis, germanice Hülsgeld, ut et de eo, quod circa il-

Iam iustum est, Praefide VIRO PERILL. et EXCELL. CAROLO FRID.
WALCHIO, Sereniss. Duci Sax, Vin. et IJenac. a consiliis iustitiae
secretioribus, ac Ser. Ducis Goth. atque Altenb. consiliario aulico,
Cod. et Nouell. prof. publ. ord. curiae prouinc. Ducalis communis
assess. ac Scabinor. collegii et Ictor. ordinis Seniore grauissimo, Fau-
tore summopere colendo, publice defendet. Hinc PROECTO-
REM ACADEMIAE MAGNIFICUM, ILLUSTRISSIMOS COMITES, PATRES
ACADEMIAE CONSCRIPTOS, PROFESSORES ET DOCTORES, NOBILIS-
SIMOS COMMITITONES ceterosque litterarum Fautores, ut acum
istum praesentia sua illustriorem reddant, ordinis mei verbis
etiam atque etiam rogo. P. P. sub sigillo Facultatis d. XIV. Jun.
CIOCCCLXXXII.

(L. S.)

Heller, Fr., 1790-1800





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-320802-p0024-0

DFG



1292,1
~~483a~~
7

PROGRAMMA
AD
SOLENNIA IN AVGVRALIA
GENEROSSIIMI AC DOCTISSIMI
CANDIDATI

CHRISTOPHORI FRIDERICI SEBASTIA-
NI AB ECKARDT

QVO

QVATENVS A CIVITATVM IMPERII SVBDITIS
CRIMEN PERDVELLIONIS COMMITTI
POSSIT?

BREVITER EXPOSIT

IVST. CHRISTIAN. LVD.
DE SCHELLWITZ, D.

ORDINIS IVRISCONSULTORVM H. T. PRO.
DECANVS.

IENAE EX OFFICINA STRANCKMANNIANA.